MONUMENTA
GERMANIAE

ciuitatem soldanus iussit dirui et cre-
mari. Et post paucos dies per paucis cap-
tis recepit ac diruit castrum Nephy(m)[d. r.] et
mandauit ciuitatem edificari[1] in loco — [1] das letzte i auf Rasur.
vocato Mons Peregrinus. Tunc Nico-
laus IIII^us fecit armari Venet(as) ga-
leas XX pro subsidio terre sancte, quibus
prefuit Jacobus Templo[1] dictus scopu- — [1] ? templo(?) t.
lus. Prouidit quoque papa Johanni
de Grilli capitaneo stipendiatorum
regis Francie III m(ilia) unc(iarum)
auri et m(ille) Rubeo de Suly, qui — + Worte durch ein Loch beschädigt.
se obtulit ad eundem. Predictus quoque
Johannes transiens per Syciliam a rege
Jacobo V galeas obtinuit bene muni-
tas. Sed quia ipso anno soldanus contra
Ptholomaydam non venit, omnes pre-
dicti nil notabile egerunt.

MCCLXXXIX. ~~Ac~~ Rex Karolus de
carcere liberatur mediante rege Anglie
tribus filiis suis datis obsidibus pro pactis — + fol. 268v col. 1.
seruat+is.

Eodem anno discordia oritur inter
regem Francie et Odoardum regem Anglie,
que magna fuit et multum durauit.